

duplo latiore, lateribus leviter latissime sinuatis; hemielytris explicatis abdomen longissime (usque a basi cunei) superantibus; antennis longis articulo secundo primo fere quadruplo longiore, tertio secundo longitudine subaequali, quarto tertio duplo brevior.

8. *Laemocoris Ahngeri* Reut.

Diagn.: Nigro-fuscus, sat nitidus, pronoto scutelloque parce, sed longe fusco-pilosis, antennis sordide flavicantibus, pedibus fuscis, coxis posterioribus, basi femorum posteriorum, apice femorum omnium imaque basi tibiaram posticarum albidis, tibiis anterioribus apicem versus pallidioribus; hemielytris obscure fuscis, ante medium corii fascia communi arcuata sat aequali solum lateribus paullo latiore maculaque magna corii apicali subtriangulari angulum interiorem vix attingente albis; membrana cum venis fusco-fumata, areolis haud obscurioribus, macula parva ad apicem cunei albida; capite verticali, vertice immarginato, sed utrinque transversim impresso, clypeo valde prominente, basi impressione profunda a fronte discreto, gula dimidium capitis occupante; oculis maximis, valde convexis, fortiter granulatis, in gulam extensis; disco postico pronoti et partii scutelli apicali sat leviter convexis. Long. ♂ $4\frac{1}{3}$ mm.

Hab. in Turcomannia (Repetek! d. 3 junii 1899), D. Ahnger.

Descr.: Mas: Corpus elongatum, nigro-fuscum, sat nitidum, pilis rarioribus erectis. Caput verticale, basi pronoti circiter $\frac{1}{4}$ angustius, ab antico visum latitudine cum oculis maximis distincte brevius, a latere visum altitudine paullo brevius; vertice horizontali, immarginato, sed utrinque impressione transversali lineari distinctissima instructo, fronte fortiter declivi, sat convexa, utrinque sat obsolete strigosa; clypeo valde prominente, basi fortiter arcuato; angulo faciali subrecto, gula levissime obliqua. Rostrum coxas posticas sat longe superans, nigro-fuscum, articulo primo saltem medium xyphi prosterni attingente. Antennae ad quar-